

## SECUNDVS

Cunæ ergo officiant: quo nihil ædita  
 Censendum superi: Quique crepundia  
 Terris recolis vestra tenerier:  
 Quæ occultant adytis sacra latentibus  
 Iunguntur paribus. nam decet auspiciis:  
 Et nostris cumulent astra nepotibus.

Sed post hunc finem loquendi Iupiter fecit: omnis Deorum senatus  
 in suffragium concitatur: acclamantque cuncti fieri protinus oportere:  
 adiciuntque sententiæ Iouiali: ut deinceps mortales: quos uide-  
 re insignis elatio & maximum culmen meritorum ingeniumque in ap-  
 petitum cælitum propositumque sidera cupiditatis extulerit: in Deo-  
 rum numerum coaptentur. Ac mox inter alios: quos aut Nilus da-  
 bat aut Thebæ: Aeneas & Romulus: Aliique: quos postea astris  
 doctrinam non in inferuit designati Cælitum nominentur: ut post membra  
 corporea Deorum fierent Curiales. His quoque annuente Ioue iubetur  
 quædam grauis insignisque femina: quæ Philologia dicebat. Hoc su-  
 peri senatus consultum æneis incisum tabulis per orbem & cœpta publi-  
 care. Tunc Iuno cœdit propter prædictorum thalamum iuuenem & nu-  
 ptialia peragenda: uti post tridie ois ille deorum Senatus in Palatia: quæ  
 in Galaxia Iouis habitationem potissimam faciunt: diluculo conueniret.  
 Hisigit actis Solio Rex ipse surrexit: omnisque ille deorum numerus  
 sedes proprias cursusque repetiuit.

### EIVSDEM LIBER SECUNDVS DE NVPTIIS PHILOGIAE ET MERCVRII.

Ed purum astrificis cælum scandebat habenis  
 Nox reuocansmerso fulgentia sidera phœbo.  
 s Ardua tunc senior succendit plaustra Bootes:  
 Et spiristoruo nituerunt astra Draconi.  
 Auratis etiam flagrans splendebat in armis:

Qui trahit æstifero fulgentem Sirion ortu.  
 Hoc quoque nyctiacis quod sparsum floribus ardet  
 Multiplici ambitum redimitur lumine fertum.  
 Virginis interea trepidas perlabitur aures  
 Fama Iouis magno dum complet tecta boatu.  
 Denique ipsa cœpertis superum decretis: adultaque iam nocte Phi-

## LIBER

Iologia pertuigilans multa secum ingenti cura anxia retractabat: In  
 grediendū primo senatum deum Iouisq; subeundos in praemedita  
 ta uisione cōspectus exiliendumq; sibi in superā calitumq; sortē.  
 Deinde ipsi lociandam esse Cylenio. Quem h; miro semper optarit  
 ardore: tamen uix cum post unctiōē palestricam recurrente; du;  
 ffiores ipsa decerperet: praelectis quibuidā herbusculis conspicata:  
 Quidq; utrum sibi hac nuptialis conduceret amplitudo: anxia du  
 bitabat. Nam certā mythos poetica etiam diuersitatis delicias milefi  
 as: historiaq; mortaliū postq̄ supera conscēderit: se penitus amif  
 suram non cassa opinatiōē formidabat. Itaq; primo conuocat ne cō  
 nubium: atq; atheri uerticis pennata rapiditas apto sibi foedere co  
 puletur: ex nuptiali cōgruentia numero conqrit: moxq; nomen su  
 um Cylleni; uocabulum: Sed non q̄ ei dissonans discrepantia na  
 tionum: nec diuersi gentium ritus pro locorū causis cultibusq; fin  
 xere. Vex illud quod nascenti ab ipso Ioue sydereā nuncupatiōē cō  
 pactum: ac per sola Aegyptiorū cōmēta uulgatu; fallax mortaliū  
 curiositas asseuerat: in digitos calculumq; distribuit: Ex quo fina  
 lem utriq; litterā summit: quā numeri primū perfectūq; terminū  
 claudit. Dehinc illud: quod in Fanis oibus soliditate cybica dnūs  
 adoratur. Litterā quoq; quā biuium mortalitatis asserē prudēs  
 Samius extimauit: in locum proximū summit: ac sic mille ducenti  
 decē & octo numeri effulserunt: Quos per nouenariā regulā distri  
 buens minuensq; per monades decadibus subrogatas in tertium nu  
 merum perita restrinxit. Suum quoq; uocabulu; per septingentos  
 uigintiquatuor numeros explicatum; in qua ternariū duxit: Qui  
 uterq; numerus cōgruēti ambobus rōne signatur. Nā & ille: quod  
 ratio: principium: medium: finemq; dispelat: Profecto perfectus ē.  
 Quippe lineā facit solus: & solidorū frontes incunctanter absoluit.  
 Nam longitudine profunditateq; censentur. Dehinc q̄ numeri tri  
 plicatio prima ex imparibus κύβον gignit. Tres autē Symphonias  
 quis ignorat in musicis: Numerusq; impar maribus attributus. Cē  
 uero tēpustribus uicibus uariat. Atq; idem numerus seminarium  
 est perfectorū: sexti uidelicet atq; noni alterna diuersitate iunctura.  
 Rite igitur Deo attribuitur rationis. Philologia autem: q̄ etia;  
 ipsa doctissima est: h; fœmineis numeris aestimetur: absoluta tamen  
 ratione perficitur. Nā quaternarius suis partibus cōplet decadis ipsi  
 us potestatem: Ideoq; perfectus est: & habetur quadratus: ut ipse

SECVNDVS

Cyllenius: cui anni tempora: cæli climata: mundi que elementa con-  
 ueniunt. An aliud illa senis Dei ratio: qui Mathentetraden non ta-  
 cuit: confitetur: nisi perfectæ rationis numerus. Quippe intra se unū  
 secundum Triadenque ipsum bis binum tenet. Quis collationibus  
 Symphonie peraguntur. Nam tres ad quatuor epitritus uocitaſ  
 Arithmetica ratione ac Diatessenon in musicis perhibetur. Item in-  
 tra eum iacet tres ad duos: quæ hemiolios forma est: symphoniam  
 que secundum: quæ Diapente dicitur reddunt. Tertia symphonia  
 est: quæ Diapason in melicis perhibetur: diplasioque conficit: Hoc  
 est uno duobus collato. Igitur quaternarius numerus omnes sym-  
 phonias suis partibus perfectus absoluit: omniaque mela armōico-  
 rum distributione congruit. Hanc igitur discutens numeri cōgruen-  
 tiam perita uirgo gratulatur. Deinde utrūq; consociat: & tria qua-  
 ternario consociata eptaden facit: Qui numerus rationis superæ per-  
 fectio est: sicut etiā ομολογία illa docet plenitudo. An aliud fatalis  
 temperamēti cursus: syderumq; circuli: motusq; testantur: intra-  
 que latebras utri septimo mente absoluta mortalitas. Dehinc quæ-  
 trias triplicata nouem numeros facit. Quaternarius autem per  $\delta$  &  $\pi$   
 $\pi$   $\lambda$   $\sigma$   $\rho$   $\nu$  geminatus. viii. reddit. Nouem uero ad octo epogdoi nu-  
 meri efficiūt iunctionē: tantumq; pensat in numeris quantum sym-  
 phonia diapason in melicis: quæ tonum facit: qui est consonæ uni-  
 tatis continua modulatio. Ex quo nihil est quod discrepet: aut re-  
 sultet in medio: consentanea q; congruit iugitate. Ergo prædictorū  
 nominū numerus concinebat. Sic igitur rata inter eos sociatio co-  
 pulam nuptialem uera ratione constrinxit. Ex quo cōmodissimū  
 sibi connubiū latebunda alio mentis fluctu multiuida cōcitauit.  
 Num nihil differens animo. decori formæ ac substantiæ cœpit formi-  
 dare corporeæ. Quippe perferendos flāmarum cælestiu; globos: &  
 ignes ardentium syderum mortalibus adhuc artibus & macilenta  
 gæacilitate siccatis: non incassum tremebunda formidat: Sed aduer-  
 sum illam quoddā abderitæ senis Alyma: cui multa lapillis/ surcu-  
 lisq; permixtis herbarum etiam membrorumq; congeserat: præpa-  
 rauit. Colchica etiam in centum uoces continuata fiducia adaman-  
 tini cacuminis impressione signatur. Quid aduersum ignes supe-  
 ros & deorum confinia præparata decoris in curiam uenustatis etiā  
 lumine submouebat. Deniq; reuibratu suo corpori mensis apposi-  
 to irrorati liquoris illinebat unguentum. Sed cū talia uirgo com-

ponit: pedissequa eius Periergia incertum utrum sit a matre Virgini  
 nis missa: an sua: utpote eius collactea trepidatione sollicita qd age  
 ret conspicatur. Quam cum disponentem prae dicta rimatim ab ho  
 stio speculabunda cognosceret. Aliam eius ancillam: cui Agrypnia  
 uocabulum est: Atque intra cubiculum praebebat excubias: ador  
 sa est increpare qd paululum coniuere seruandi decoris gratia uirgi  
 nem non siuisset. Cum ipsa haec cuncta: si Philologia iniungeret:  
 ualeret impleri. Nam iam multa asserit circuisse: macipiaq; dotalia:  
 Quid sollertia: quid ornatus: Quid denique indumentorum sum  
 meret comperisse. Non sibi quoque nescitum: quid sponsus ipse  
 perageret. Quid Iouis in palatio gereretur. An Leucothea succen  
 deret facem lumenque purpureum: & an Solis remigia uigilarent.  
 Sonipesq; Phosphori comeretur. Id genus innumera: quae curiosis  
 perscrutationibus aspexerat: astruebat. Verum secretum cubiculi re  
 pte Phronesis Mater irrupit: Quam cum Virgo conspiceret: ad eam  
 accurrens: honorandūq; pectus exosculans: prae paratorum Poematū  
 consciam fecit. Verum illa exuuias filiae: ornatusq; detulerat. Quis  
 induta deorum sociari coetibus non paueret. Itaq; uestem peplumque  
 lactis instar fulgidum dedit. Quod uel ex illa herbarum felicium la  
 na: qua indusiari perhibent indica prudentia Vates: accolaq; mon  
 tis Vmbrae. Et quantum ofus eius telluris apportat excandentis  
 Byssi netibus uidebatur. Dehinc appoit uertici Diadema uirginale:  
 Quod maxime medialis gemmae Inmine pranitebat. Ex qua Galea  
 ta quadam: obtecta que uultū Virgo instar secreti Troiani penit  
 incisa resplenduit. At cingulum: quo pectus annecteret: sibi prudens  
 mater exsoluit. Et ne Philologia ipsius Phronesis careret ornatib:  
 eius pectori: quo uerius comeretur: apponit. Calceos praeterea ex  
 papyro textili subligauit: ne quid eius membra pollueret mortici  
 num. Acerra autem multo aromate grauidata: eademque canden  
 ti manus Virginis oneratur.

Et iam tunc roseo subtexere sydera peplo  
 Coeperat Ambronum promens aurora Pudorem:  
 Cum creperum lux alma micat gemmata decore:  
 Cum nitet aurato & cum fit Phosporus astro.  
 Tunc candens tenero glatiatur rore pruina:  
 Et Matutina greges quatunt in pascua caulas

SECUNDVS

Languida mordaces cum pulsant pectora cūra:  
Et fugit expulsus Lethea ad littora somnus.

Ecce ante fores quidam dulcis sonus multifidis suauitatibus su-  
scitatur: quem Musarum conuenientium chorus impēdens nuptia-  
libus sacramentis modulationis doctæ tinnitibus concinebat. Nam  
nec tibiarum mela: nec ex fidibus sonitus: nec hydraularum armo-  
nica deerat plenitudo. Sed in blandum collata cantum: ac modifica-  
to sine compactum uoci uirginum complementi spacio ratum fece-  
re silentium. Ac tunc ille omnis chorus canoris uocibus: dulciq;  
modulatu prauertit omnes organicas suauitates: & cu; sacra nume-  
ris cantilena hæc dicta funduntur.

Scande cæli templa Virgo                      Te socer subire calsa  
Digna tanto fœdere:                              Poscit astra Iupiter.

Tunc Vrania cæteris paulum reticentibus sic cœpit.

Sydereos cætus & culmina sacra polorum  
Nil iam coniciens numine fisa uide.

Olim disquirens nexos quid torqueat orbes:  
Nunc præsul causas raptibus ipsa dabis.

Quæ circumtextura liget: quid nexio claudat:  
Ambiat: & quantos orbita curua globos.

Sydereos cursus: quid cogat: quid ue retardet:  
Quis lunam flammet: uel minuat radius:

Qui cælum stellet fomes: & quanta reuoluat:  
Quæ sit cura Deis: uel modus aspicias.

Scande cæli templa Virgo                      Te socer subire calsa  
Digna tanto fœdere:                              Poscit astra Iupiter.

Tunc Calliope.

Semper complacitis amica musis:              Tu uatū mela dulcib' camēis

Cui magnesia poculum fluenta              Et scis Pindareā chelīm referī.

Et fons Gorgonei tulit Caballi              Te dictate fides sacæq; plectæ

Vertex aonidū uirēs Choraulis:              Mouit Threiciū sonar carmē.

Cui frōdet uiolas parante Cirrha              Clux nr̄a sacros pbare cātus  
Suesce: atq; orgaicis bear circis

Scande cæli templa Virgo                      Te socer subire calsa  
Digna tanto fœdere.                              Poscit astra Iupiter.

LIBER

Ac sic Polymnia.

Tandem laboris fructus æthram fulgidam  
Diuumque sedes ac Iouis consortia  
I rouecta carpis inclytoque numine  
Cruenta dudum: quæ iugare rhythmica  
Ac diu pari mixta iucta regula  
Mox quid iacente: quid iugata linea  
I rigonus recuruet: circulusque torquæat  
Meos probare: ac Tonos & Crusmata  
Artisque cunctas solita: quæ calitum  
I osunt parare mente ad alta culmina.

Scande cæli templa Virgo

Digna tanto fœdere.

Te focer subire cælsa

Poscit astra Iupiter.

Tunc Melpomene.

Sueta coturnatos scenis depromere cantus

Soccumque ferre comicum.

Et reboare tua tulimus quæ carmina cura

Melo fauente rhythmico.

Nunc tibi Virgo caro spes atque assertio nostri.

Tenore uersa carminis.

Nam thalamum redimire iuuat: tu ferta probato

Tuis placere ritibus.

Digna maritali semper uidearis olympto.

Decentiorque calitum.

Scande cæli templa Virgo

Digna tanto fœdere.

Te focer subire cælsa

Poscit astra Iupiter.

Ac sic Clio.

Tu quæ Rhetorico plangere syrmate:

Atque reum rabido absoluerè pectore

Quæ nunc sensa ligans horrida nexibus:

Sorital cumuli accessibus aggerans.

Nunc quid grammatica stringere regula:

Quid fandi ambiguus conterat ordinem.

SECVNDVS

Docticanis sollers ludere sensibus:  
Nunc stellata poli conspice limina:  
Et candore sacro Aetheris utere:  
Quem uero precium est noscere lumine.  
Scande cali templa Virgo           Te focer subire caesa  
Digna tanto foedere                Poscit astra Iupiter.

Mox Erato.

Caput artibus inlyta Virgo:  
Cui panditur Aula Tonantis:  
Merito tibi subditur Orbis  
Rationibus ante repertus:  
Sacra fulgura cur rutilescant:  
Fragor intonet unde resultans:  
Quid agat per aperta madorem  
Modo nubibus imbrificatis.  
Quid euntibus agmine nimbis  
Reuocet nitidissima uerna  
Rotet omnia circulus anni  
Properantia claudere sacra.  
Quid habent rationis opera  
Canimus tibi cognita soli.  
Scande cali templa Virgo           Te focer subire caesa  
Digna tanto foedere.               Poscit astra Iupiter.

Actunc Terpsicore.

Lata honoris meritis astra Virgo conspicias  
Hoc tibi sollers parit ingenium labosque:  
Ista peritis tribuit cura uigil lucernis.  
Perdita pernoxque sacris namq; onerata chartis  
Quicquid agentes stoasi praescia dant futuris  
Semper anhelis docilis fomitibus tulisti.  
Nam fabeorum rapidis quid uapor edat aris:  
Fumida quid thuricremis aura paret fauillis  
Omnia uel certa ferant uocibus auguratis  
Intrepidus nec dubitans fatibus anteuortis.  
Scande cali templa Virgo           Te focer subire caesa  
Digna tanto foedere.               Poscit astra Iupiter.

Dehinc Euterpe.

LIBER

Virgo perita prætia fortis:      Noscere semet quis ualere!  
 Quæ potuisti scandere calum:      Quique uidentes lumine claro  
 Sacraque castis dogmata ferre:      Numina fati & geniorum

Cernere uultus.

Quæq; Platonis Pythagoræq;  
 Ene dedisti sydera mentes:

Tuq; caducis mortalibusq;  
 Nube remota cerne iusti

Numina cali.

Iure Senatum scande tonantis:      Quam decet una; Mercuriali  
 Fœdere iungi.

Scande cali templa uirgo      Te fœcer subire calsa  
 Digna tanto fœdere:      Poscit astra Iupiter.

Deinde Thalia.

Beata uirgo tantis	Quem scit pater Deorum:
Quæ syderum choreis	Cui lacteam papillam
Thalamum capis iugale;	Gaudens dedit Nouerca:
Ac sic fauente mundo	Cuius uigente uirga
Nurus adderis Tonanti:	Dirum stupet uenentum:
Ac cuius esse diui	Cui uirus omne fanti
Tibi contigit maritam	Orbem facit gemellum.
Eius meante penna:	Est doctus ille diuum:
Qui solus astra mundi	Sed doctior puella.
Præteruolans perrexit	Nunc nunc beantur artes:
Rapidis uigil procellis:	Quas sic sacratis ambo
Qui cum Iuperna tranat:	Vt dent meare calo
Frata tartarum recurrit:	Referent caducis astra:
Qui solus ante currum	Ac lucida; usq; ad athram
Et candidos iugales	Pia subuolare uota
Altipotens parentis	Per uos uigil decensque
Memorem ciere uirgam:	Nus mentis ima complet:
Qui fata succidentis	Per uos probata lingua
Separat libens Osiris	Fert glorias per æuum:
Sationibus grauari	Vos disciplinas omnes
Genitalibus repertis:	Ac nos sacrate Musas.

Dū hac igitur Musa nunc solicana; nūc cōcinētes interserūt: uicissimq; mela dulcia geminātur. Ecce quadā matronæ sobrio deco- re laudabiles: nec conq̄sitis figmētis circa faciē uultuosæ: Vex sim- plici quadā comitate prænītētes ī pēates Virginis: thalamumq; con-



SECVNDVS

ueniunt. Quam una intenta circumspicione cautissima: & omnia rerum uigili distinctione discriminans dicebatur Prudentia uocitari. Huius germana sua cunctis attribuens nullūq; eo: quo non merebat afficiens Iustitia ferebatur sortita uocabulum. Verūq; tertia cōtēptis muneribus atq; abltinentia pradicāda ex moy. Tēperātia nomen accaperat: Quæ supererat fortissima: ac tolerādis omnibus aduersis semper intracta tubeundis etiā laboribus: roboꝝ quoq; corporis preparata: Virium uocabulu; possidebat. In amplexū eius oiculu; deferunt: atq; eā cum intra cubiculū conspicerēt: per omnia trepidantē: & uelut lucifugam hāsitationibus torpentē pectus eius: faciēq; tractātes in conspectum oīum & publicam uenire faciem compulerunt. Post has ingressa quadam grauis crinitaq; fœmina: & ex eo q; per ipsam Iupiter ascensum cunctis in superat tribuerit admodum gloriosa. Quam cum Virgo conspiceret: ad eam oī studio: affectuq; concurrir. Quippe quadā fiducia comperitorum: Ipsa eidē scandendum cælum fuerat augurata: & nūc ad eā in nuptias corrogandā ab ipso trāsmissa Maiugena. Præterea tres puellæ uultu: decoreq; parili ac uenustate luculētæ: fectis religata inuicē manūs: rosarūq; speculis redimitæ ad Virginē conuener. Quæ una deosculata Philologiæ frontē. Illic ubi pubē ciliorum diuicriminat glabella medietas. Alia os eius: tertia pectus apprehendit. Videlicet prima: Vt latos oculis affaret honores. Secunda gratiā eius linguæ inspirabat. Animo tertia comitatē. Quippe illæ Charites dicebant. Et qcquid apprehēderant: uenustabāt. Quæ quidē uirginē postq; lumine repleuere Musis admixtæ: etiā gestulationes consonas: atq; hymenæa dedere tripudia. S. ecce n. agnō tympani crepitu. Crotalorūq; tinitu uniuersa dissultat: Eousq; ut Musarum cātus aliq̄to bombis tympani obtusior redderetur: & cu; sonitu inrofertur lectica interstincta syderibus: Cui ritu mystico crepitus præcinebant: Quam mos fuerat nubentes Deas in calestis thalami peruenire consortia. Ante hanc quadam augustioris uultus fœmina: ac sacro lumine: athereoq; resplendens uenerabili antistitio præminebat. Quam cum omnes: qui affuere: conspicerent reuerenti inclytā maiestatē: ut Deoz oīū: mūdiq; custodē. Huic Athanasia nomen fuit. Et heus inquit Virgo præcepit Deorum pater: Hac regali lectica in cæli palatia subueharis: Quam quidem nulli fas atrectare terrigenæ. Sed nec tibi quidem ante nostrum p...

culū licet. Et cū dicto leniter dextra cordis eius pulsus: pectusque pertractat ac nescio: qua intima plenitudine distentum magno cum turgore respiciens: nisi hæc inquit quibus plenum pectus geris coaptis sima egestioe uomueris: forasque diffuderis: immortalitatis sedem nullatenus obtinebis. At illa omni nisu: magnaque uis: quicquid intra pectus perfererat: euomebat. Tunc uero illa nausea: ac uomitio laborata in omnigenū copias conuertit literarū. Cernebat erat: quod libri: quataque uolumina: quot linguarum opera ex ore uirgis defluebant. Alia ex papiro: quæ cedro perlita fuerant: uidebant. Alii carbasinis uoluminibus complicati libri: ex ouillis multi quoque tergoribus. Rari uero in phyllire cortice subnotati. Erantque quædam sacra nigredine colorati. Quorum littera: aiantius credebant effigies: Quasque librorum notas Athanasia conspiciens quibusdam eminentibus saxis iussit ascribi. Atque intra specus per aegyptiorum abdita collocari. Eademque saxa stellas appellans. Deorum itemata continere. Sed dum talia uirgo undatè euomeret: puella quæ plures: quarum artes alia: alia dicta sunt disciplina: subinde Quæ uirgo ex ore effuderat: colligebant. In suum unaquaque illarum necessarium ususque facultateque corripies. Ipsa etiam Musa: præfertur Vrania: Calliopeque innumera gremio egestie uolumina. In aliis quippe distincta ad tonum. ac deducta pagina. In aliis circuli lineaque: hemisparia quæ cum trigonis & quadratis multiangulaque forma: Protheorematum uel elementorum diuersitate formata. Dehinc pictura animalium membra multigenum in unam spem complicabat. Erant et libri: quod sonorum melasignaque numerorum: & catandi quadam opera præferebat. Postquam igitur illarum bibliothecalium copiam nixa imitatur: Virgo diffudit exhausto pallore confecta: Athanasiam operem: quæ tanti laboris conscia fuerat: postulauit. Tum illa: ut refectior cælum: sublimisque conscendas: hoc tibi accipe forbilladum: Ac tunc Matri Apotheosi: quæ cum illa forte conuenerat. Et iam pridem libros: Qui ex Philologia ore defluerat: manu contingens: ac diuersas consecrabat: auferens quandam globosam: animaliumque rotunditatem summit: ac Virgini porrigit hauriendam. Verum ipsa species oui interioris coccino circumlita exterius rutilabat. Ac dehinc perlucida inanitate: albedoque humore: interiore tamen medio solidior apparebat: Quam cum Philologia susciperet: Quonia pro tanti laboris afflictationes: altusque mentis plurimum sitiebat: Reserat ei rotunditatis arcibus postquam re dulcissimam conperit: totam incunctatè exhausit. Continuoque nouo solidantur membra uigore:

## SECUNDVS

Et gracilentia perit macies: uis terrea cadit:

Aeternumq; uenit sine mortis legibus auum.

Verum diua cum immortalitatis eam poculum cerneret ebibisse: quo et terris illam caelum pergere: immortalēq; factam uelut enigmate redimiculi perdoceret: ex herba quadam rurestri: cui *ἄρκυ* uocabulu; est: uirginem coronauit: praecipiens omnia: quae adhuc mortalis aduersus uim superam in praesidium coaptarat: ut expelleret: Quippe caducea mortalisq; substantia iste esse minima memorabat: Quae quidem omnia eidem mater abstraxit. Postquam mundana transcedisse studia recognouit. Tunc Philologia ex aromate preparato: acerraq; propria Athanasiae primitus supplicauit: Matrisq; eius gratiam multa litatione persoluit. Quod nec Vedium cum uxore conspexerit. Sicut suadebat Etruria. Nec Eumidas ad caldea miracula formidauit: Nec igne ufferit: Nec lymphas subluerit: Nec animae simulacrum Syri cuiusdam dogmate uerberarit: Nec Phasi senis ritu Charontis manibus inuolutam immortalitatem mortis auspicio consecrauit. Interea conscendere iussu lecticam: quae in suggestu maximo: Quonia uidebatur difficile admodum sibi: ne dicam impossibile deputabat. In quam rem consequenter implendam alumnum suum dilectum praeter ceteris conuocauit: Quo in nixa omnem difficultatem superae confessionis euicit. Verum idem: qui Labor ab eadem uocabatur: Non solum in lectica culmen eam sustulit. Verum caelum cum domina impiger permeauit. Quippe confociato sibi quodam puero renitenti: qui nec uoluptariae ueneris filius erat. & tamen Amor a sapientibus ferebat: a fronte lecticam subuehere moliunt. Nam postica Epimelia: & Agrypnia dilecta uirgini sustulerunt incipia. Sic. n. Athanasia praeeperat: ut uterq; sexus cum Philologia caelum posset ascendere. Praecedit illico conscendentem Musarum concinetium popa: & praedictorum comitum uenerabilis multitudo. Periergia uero aliis comitata pedissequis: dotalibusq; incipit iscuriose uniuersa perscrutans: atq; interrogans sequebat. Vix ad culmina Arcis aeriae comitatus ille cum uirgine propinquabat. Et ecce aduere subito deorum; p'nuba nunciat: a te qua Concordia: Fides: Pudicitiaq; praecurrunt. nam Cupido corporea uoluptatis illex: ea sepeperate uolet: Philologiae occurrit non ausus est iterare. At ubi in conspectu nubentis diua peruertit: atq; ut mos uirgis erat: litauit aromatibus Deamatibus deprecabat. Iuno pulchra: aliud nomen tibi consortium

caeleste tribuerit: & nos a iuuando Iunonē. Vnde & Iouē dicimus: nominemus. Siue te Lucinā: q̄ lucem nascentibus tribuas: ac Lucefiam conuenit nuncupari. Nā stuuoniam: februalemq; ac februa mihi poscere non necesse ē. Cum nihil contagiōis corporea sexu in temerata pertulerim. Iterducam & Domiduca; Vnxiā; Cinthiā mortales puellae debent in nuptias conuocare: ut earū & itinera protegas: & inoptatas domos ducas: & cu; postes ungent: faustū omē affigas. & cingulū ponentes in thalamis non relinquis. Sotigenā te: quas uel in partus discriminē: uel in bello protexeris: precabūtur. Populonam Plebes curitim debent mēorare bellantes. Hic ego te aeriā potius ab aeris regno nūcupatam uoco. Da nosse poscenti: qd hāc aeriā latitudo: atq; athomis perlucentes concurrentibus campi animantium gerant. Quidue hic dicatur numinū subuolare. Non. n. de humilitate aeris illius quaro: q̄ uolucris permeatur: Quem olympi montis cacumen excedit: Qui uix decem stadiorū altitudine sublimatur. Sed elata disquiro. At iam fas puto q̄quid πειρῶν δ' αἰθρῶν lecitans intellexeram conspiciari. Hic Iuno concedētis precibus nō repugnans: eam secum in arces ducit aeriā. Atq; ex hinc multarum diuersitates edocet potestātū. Illi inquit: quos ignitā substantiā: ffāmantisq; suspicimus: Ab ipso athere: spera q; superioris ambitu usq; ad solarem circulū demēates ipsi dicuntur Di: & Caelites alias perhibētur: carūq; latētū arcana cōponunt. Sunt enim puriores: nec admodū eos mortalium curarū uota sollicitant: & πειρῶν perhibētur. Illic Iouem regnare certissimū ē. At infra solis meatū usq; ad lunare globū; secūda beatitatis numina. Superisq; potentia: per quā tamen uaticinia: somniaq; ac prodigia cōponūtur. Hac aruspicio exta physiculant admonētia quada: uocē que trāsmittunt: auguratisq; loquuntur ominibus. Plerūq; enim quarentes admonent uel syderis cursū: Vel fulminis iaculo: uel ostētaria nouitate. Sed quoniā unicuiq; superiorū deorum singuli quiq; deseruiunt: ex illoꝝ arbitrio: istorumq; comitatu: & generalis omniū praesul: & specialis singulis mortalibus Geni<sup>9</sup> admouet: quem etiam praestitem: q̄ praesit gerundis omnibus: uocauerunt. Nā & populi Genio: cum generalis poscit: supplicat: & unusq;sq; gubernatori proprio deprehēdit obsequium: Ideoq; Genius dicit: Quoniā cū q̄s hominū genitus fuerit: mox eidem copulatur. Hic tutelator: fidissimūsq; germanus animos omnium: mentesq; custo

SECUNDVS

dit. Et quoniam cogitationum arcana superæ annunciat potestati:  
 Etia Angelus poterit nuncupari. Hos oēs græci  $\delta\ \alpha\iota\ \nu\ \omicron\ \nu\ \alpha\varsigma$  dicūt:  
 $\alpha\iota\ \nu\ \omicron\ \nu\ \alpha\varsigma$  latini Medioximos uocitarūt. Qui qdē  
 omnes minus lucidæ: splēdētisq; naturæ quā illi cælestes: sicut cō  
 spicis: approbantur. Nec tamen ita sunt corpulēti: ut hoīum capiā  
 tur obtutu. Hic ergo lates: hic post mēbrorum nexum degūt ani  
 mæ puriores: quæ plerūq;: si meritorum excellentia subuehant: eti  
 am circulum Solis ac flammantia septa transiliunt. Dehinc a lunari  
 circulo usq; in terrā: qdē interpretet: iter Iticū pprii partitiōe discer  
 nitur. Et ab orbe lūari interfusa medietas disparat. Sed superior por  
 tio eos sicut cōspicis claudit: Quos hui v̄e. vs dicūt: quosq; latie te  
 mideos cōuēit mēorare. Hi aias cælestes gerūt: sacra q; mētes: atq;  
 sub hūana effigie in totius mundi commoda procreatur: His anim  
 datus ex sempiternis ignibus: quæ sydera stellaq; uocamus. Qui  
 quidem plerunq; sui miraculo fide, fecere cælestiū: ut in ortu Her  
 culis geminæ noctis obsequium: serpentesq; idem paruos oblidēs  
 uim numinis approbauit. Tages fulcisemicuit. & ritum statim gē  
 tis: Sypnumq; monstrauit. Ammon apparuit cum cornibus ariet  
 nis & uel timēto lanicio: ac sitiētibus undam fontis exhibuit. Quid  
 loquar eos: qui primi mortalibus usum rerum: maioraq; cōmoda  
 præstiterunt: ut uitem Dionysius apud Thebas. Osiris apud Aegy  
 ptios haustum uini usumq; comperiens. frumentum Ius in Aegy  
 pto: Triptolemus apud Atticos docuere. Eademq; Isis lini uinum  
 fementemque monstrauit. Comminuendæ frugis: farrisque fra  
 gmenta Pilumno signat Italia. Ascribit Asclepio Græcia medicina.  
 Alii quoq; huius generis hoīes in diuinandi uisum & præscientiā  
 procreati: ut Carmentis in Archadia ab effuso per uaticinia carmē  
 memorata: Sibylla: uel Erythrea quæq; Cuma est: uel I hrygia:  
 Quas non decē: ut asserunt: sed duas fuisse non nescis: idest Erophi  
 lam troianam Marmensi filiam. & Symachiam Hyppotensis filia:  
 quæ Erithræa progenita: etiam Cumis est uaticinata. Ex hac diui  
 nandi possibilitate Amphiaratus Mopsusq; celebrati. A medietate ue  
 ro aeris usq; in mōtiū: terræque confinia Emithei: heroesq; uersant.  
 Qui ex eo: q Heram Terram ueteres dixerunt: Heroes nuncupati.  
 Ibiq; manes: idest corpori humano præsules attributi: qui parentū  
 seminibus manauerūt. Deniq; hæc omnis aeris a luna diffusio sub  
 Plutonis potestate consistit: Qui etiam Summanus dicitur. quasi

## LIBER

Summus Manium. Hic luna: quæ huic aeri propior est: Proserpina  
 memoratur: Vex illi manes quoniam corporibus illo tempore tribuun-  
 tur: Quo fit prima conceptio: etiam post vitam hisdem corporibus dele-  
 ctantur: atque cum his manes appellant Lemures: Qui si vitam prio-  
 ris adiuti fuerint honestate: in lares domorum urbiumque uertunt. Si au-  
 tem deprauant ex corpore: Larum perhibetur: ac Mania. Mænes igitur  
 hic tam boni quam truces sunt constituti: Quos Agathos & cacos Demo-  
 nas memorat Graia discretio. In his etiam locis dumanes: eorumque pra-  
 stites mania atque matuona. Dii etiam: quos Aquilos dicunt. Ite, Fu-  
 ra Furinaque: & Mater Mania: Intemperiaque: & alii triptes Diuorum  
 degunt. Circa ipsum uero terræ circulum aer ex calore iupero: atque  
 ex halatu: madoreque infero turbidatus egredientes e corporibus aias  
 quodam fluenti aëtu collidens: non facile patitur euolare. Hincque tractum  
 rhyphlegetonta sollertia poetica adumbrationis alludit. Atque in eo  
 perenni iterum uolutata collidit animarum: quas Vedius adiudica-  
 rit. Impietas. idest Pluton: Quæ etiam Ditem: Veiuemque dixere. Ipsam  
 quoque terram: aqua hominibus inuisa est: refertur chororumque hitat  
 syluas: nemora: lucos: lacus: fontes: ac fluuios: appellanturque Paes:  
 Fauni: Fœes: Satyri: Syluani: Nymphae: Fatui: Fatuæque: uel Fatuae:  
 uel et Fanae: a quibus Fana dicta: quæ soleant diuinari. Hi omnes post  
 auxilium moriuntur: ut homines: sed tamen & praesciendi: & incurtadi: & nocendi  
 habent presentissimam potestatem. Inter priores igitur Genies tua adhuc  
 mortalis Virgis Diua consistet. Nam Ecce tibi: luno athera: seu Ve-  
 sta est: Ut iam immortalis diuaque: precipit dicens: In sede in concilio Io-  
 uis directa. Demumque de acerra Virgis partem iummit. Tunc portito-  
 res diua correpta lectica magno eam molimine subuexere. Sed post-  
 quam centum uiginti sex milia stadiorum aëria subuecti leuitate conscenderat:  
 ac tonum primum ex phthongis compleuere caelestibus: lunareque ingressa  
 circulum Virgo Diua congruis nidoribus supplicando de proximo conspi-  
 catur globotus quoddam: tenerumque corpus: & superni roris leuitate  
 compactum instar speculi prænitis adiaculati fulgoris radios reuibra-  
 re. In eo sinistra niliaca: Eleusinaque: lapis arcusque Dictynna: tympa-  
 naque cybeleia uidebantur. Triformis et discolorque uertigo terribili  
 quadam maiestate rutilabat: Quæ loricata: & pax crederet aspe-  
 ra egestationibus opportuna: tamen & felix & ceruicem: & conuersiones bis binas  
 multibus praeferebat. Exhinc medio quæ ad lunam conscenderat: ad Cylle-  
 ni circulum uenit: Quo hemitio permutato: multiplex ei: utpote nu-

SECUNDVS

benti Domina mīstroꝝ popul' occurrit latabūd'. Inter quos splē  
 dentis formæ: hituſq; fœmina: ac prōptæ ubertatis ornatibus opulē  
 ta Virgine ſalutata uſq; in eius oſculū cōfiſa peruēit. Sed mirabaſ  
 illa obiequentiū multitudo: quæ ſicut Syrus qdā aſtruit in nūero  
 duoz milium fuerat cōtituta q̄ fœia: quā Hetruſci dicebāt: ipſi deo  
 nuptiã fuiſſe Cyllenio: Nulla proſu inuidia titillata Virgine com  
 plexa contrinxeſat. Hæc autē facundia: nā illi hoc erat uocabulū: in  
 philologie peatibus le ortā: educatāq; mēorabat. Nec indignū eē:  
 q̄ ſibi aluna præiata ē. Quæ & ſibi ſemper ornatū & pabulū multis  
 præbuerat diſciplinis. Vēit etiā quadā decēs ac pudiciſſima puella  
 ru: **Quæ** præiul dom': cultuſq; Cyllēia. Vez themis: aut Aſtrea  
 aut Erigone dicebat: ſpicis māu: celataq; ex hebeno pinacem argu  
 mentis talib' aſſerebat. Erat ī medio auis ægyptia: quæ Ibis mēora  
 tur ab incolis. Sed cū Petalo uertex atq; os pulcherrimu; uidebat.  
 Quod qdē ſerpētis gemini labebat implexio. Subter quadā prani  
 tens uirga: cuius caput auratū: media glauca: piceus finis extabat.  
 Sub dextra teſtudo: minitāſq; nepa: a leua caprea. S; Diloſon alitē:  
 quæ ſit oſcinū mitior in certaminis tēptamēta pulſabat. Ipſa uero  
 Ibis prænotatū gerit nomē mēſis cui uidā mēphitici. Hæc tabellam  
 cum ingeltam ſibi conſpiceret Virgo uenerata: licet ſpōſi cognoſce  
 ret argumentū: tamē non auſa ē ſine ſupplicatiōe trāſire. Tunc etiā  
 candidior Athlantidum Iouis cōgreſſu: pignoriſque culmine pue  
 ſta ſuperuēit: quæ qdē, ne in nuruſ officio ſine bilance libra appare  
 re dignata eſt: **Quā** Virgo uenerata: quoniā ſatis iociam filio reco  
 gnouit: duabus cum lucrorum potente dicatis cōpit honorā pecu  
 nibus. Hinc feſtinatur aſcenſus: & uſq; in Veneris circulu; hemito  
 niotranſuolatur. Ipſaq; Venere: quæ nuptiis allubeſcebat: q̄tu de  
 cebat orata. Hoc in ea perhibetur intuita. q̄ admodum pulchra: ta  
 men Anthias dracōibus circumſflexa: crebroq; capillitio uulſa am  
 bifariūq; Nital ſecum congreſſa mitificat. Mox Itudium in ſolare;  
 laborare Circum. Quippe ſeſq̄plo fatigabat aſcēſum: Qui tonuſ ac  
 dimidiuſ hēbat. Ibi quadā nauim totiuſ naturæ curſibus diuerſa  
 cupiditate moderantē: cunқтаq; flāmax congeſtiōe pleniffimā: bea  
 tis circūactam mercibus conſpicatur. Cui nauitæ ſeptem germanita  
 men ſuiq; cōſimiles præſidebant. In prora felix forma depicта Leēiſ  
 in arbore Crocodili in extimo uidebat. In eadem uero rate font qui  
 dam lucis æthereæ: arcaniſque fluoribus manās in totiuſ mūdi lu

mina fundebas. Quo uiso Philologia consurgens: totaq; uenera-  
tione supplicās: ac paululū cōiuēs oculos deū talib' deprecabas.

Ignoti uis calfa patris: uel prima Propago  
Fomes sensificus, mentis fons lucis origo/  
Regnum naturæ Decus: atque assertio Diuum:  
Mundanusque oculus: Fulgor splendentis Olympi  
Ultra mundanum fas est: cui cernere patrem:  
Et magnum spectare Deum: cui circulus Aethra  
Paret: & immensis moderaris raptibus orbes.  
Nana medium tu curris iter: dans solus amicam  
Imperiem superis compellens: atque coercens  
Sydera sacra deum: cum legem cursibus addis.  
Hinc est q̄ quarto ius est decurrere circo:  
Ut tibi perfecta numerus ratione probetur:  
Nonne hac principio geminum tu das tetrachordum?  
Solem te Latium uocitat: q̄ solus honore  
Post patrem sis lucis apex: radiisque sacratum  
Bis tenis perhibent caput aurea lumina ferre:  
Quod totidem mentes: totidem q̄ conficis horas  
Quatuor alipedes dicunt te flectere habenis.  
Quod solus domites: quam dant elementa Quadrigam.  
Nam tenebras prohibens retegis quod cerula luces:  
Hinc phœbum perhibent prodentem occulta futuri:  
Vel quia dissoluis nocturna admissa Isaum  
Te Serapim Nilus: Memphis ueneratur Osirim,  
Dissona sacra mitram: Ditemque: ferumque Typhonem  
Atys pulcher idem: curui & Puer almus aratri.  
Ammon & arentis Libies: ac Biblius Adon.  
Sic uario cunctus te nomine conuocat orbis.  
Salue uera deum facies: uultusque paterna  
Octo & sexcentis numeris: cui littera trina  
Conformat sacrum nomen cognomine: & omen  
Da pater athareos mentis conscendere cœtus:  
Astrigerumque sacro sub nomine noscere calum:  
His audita Deoꝝ sedes iussa ē permeare. Vex Hemitonio suble-  
uata Pyrois circulus immoratur. In quo Iouis fuerat maximus fi-



## TERTIVS

liorū. Ex quo circulo uifus Pyr Phlegeton amnis ad infera demea-  
 re: quo trásgreffo: neq; .n. labor fuerat: Hemitōii interiecta tráscur-  
 rere. in Iouialis syderis peruenere fulgores. cuius circulus Phthon-  
 gio personabat. Illic sydus erat téperamēti uiuifici: ac salubris efful-  
 gentia: bládifq; uibrata eádoribus. Cuius quidem lucis natura ex  
 calidis: humidifq; commixtionibus candens: quadam prosperitatis  
 tranquillitate rutilabat. Verū ibi sydus Iouis. Nā ipse totius mun-  
 di mēbra collustrans ad deorum imperium dicebatur: & senatum  
 celitem commeasse. Hunc etiam prætergressa circum ac parili iter-  
 iatione sublimis Deorum rigidissimum creatorem in algido hære-  
 tem: pruiniq; niualibus conspicata. Verū idem: quē circuire nite-  
 batur orbis melo Dorio tinniebat. Sed ipsi præfuli nunc Dracōis fa-  
 cies: nunc rictus Leōis: Nūc crista cū aprinis dētibus uidebantur:  
 Totoq; exitialis sæuiebat horrore: Cui tamē potestas pro circi grā-  
 ditate maior: ac prælata ceteris hēbatur. Deniq; arpis bōbisq; per-  
 territa tā intolerāda cōgressione Virgo diffugit. Inde maximis co-  
 nitibus sesq; plo itineris euehunt. Na tono ac dimidio ad ipsius cale-  
 stis spæræ globū: ac laqueatū stellis ambitū peruēitur. Sicq; sex to-  
 norum cōscēssionibus & stadiorū defessa lassitudine fatigati. Cum  
 Diapason Symphoniā: q̄cquid emēsi erant aduerterent cōsonā per-  
 fectiōe absoluta modulationis: post labores maximos recreati pau-  
 lulum congerunt. Ipsa quoq; Philologia lectica dissiliēs: cum im-  
 mēsos luminis campos: atheræ tranquillitatis uerna conspiceret. Ac  
 nunc tot diuersitates cerneret formalq; decanorū. Tunc octoginta  
 quatuor liturgos cælo mirareē astare. Videretq; præterea fulgētes  
 crebroꝝ syderū globos: & circuloꝝ alterna illigatiōe texturas. Ipsa;  
 uero quæ ambitū coercescēt ultimū: spærā miris raptibus incitata: po-  
 losq; & axem ex cæli summitate uibratū profundā transmeā terrā:  
 atq; ab ipso totā cæli molē machināq; torqueri tanti operis: tātaq;  
 rōnis patrē: deūq; nō sciēs ab ipsa ēt deoꝝ noticia secessisse. Quoniā  
 extra mūdanas btitudines eū tráscēdisse cognouerat: empyrio quo-  
 dam intellectualiq; mundo gaudentē. Iuxta ipsum extimi ambitū  
 muz annexa genibus: ac tota mētis acie coartata diu silētio depreca-  
 tur. Veterumq; ritu uocabula quadā uoce mētis inelamans: secū-  
 dum dissonas natiōes numeris uaria. sono ignota iugatis: alternatisq;  
 litteris inspirata. ueneraturq; uerbis intellectualis mundi præful-  
 les deos: Eorumq; ministros sensibilis spæræ potestatibus ueneran-

## LIBER

dos. Vniuersumq; totum infinibilis patris profunditate coercitum.  
 P'oscitq; quosdā tres deos: aliosq; diei: noctisq; septio radiatos quā  
 dam etiā fontanā Virginem deprecatur. Secundū Platonis quoque  
 mylteria ἀπαξδ' ἰς εὐοῖα ptates. His diutissime florē ignis atq; illā  
 exiitentē ex non existētibus ueritatem toto pectore deprecata. tū ui  
 ta iecernere ἀποθεωσι sacraq; meruisse. Quippe quidam candores  
 lactei fluminis tractu stellis efflamantibus detuebant. Latibunda  
 igit: gratelq; testata iter in Galaxeam flectit ubi Senatum deum a  
 Ioue nouerat cōgregatum. Erat autē ibi Iouialis Domus: qua &  
 granditate mira mundanum ambitum possideret: & decor cōspicuo  
 fulgorē sydeꝝ uinceret. & nouitate situs signiferu; circulum decu  
 iaret. Præterea tāto splendore renidebat: ut argenti crederet fabrica  
 ta materia. Ibi sapta cadentia: culmenq; sapatum limbis niualib'  
 albicabant. Vbi iam Iupiter cum Iunone oibusq; Diuisi suggestu  
 maximo: ac sublellis lacteis residens sponsales præstolatur aduen  
 tus: qui simul Musarū uoces: ac dissonis mela dulcia catilenis Virgi  
 ne adueniēte percepit. Priore loco præcepit uēire Cyllenium: Cum  
 quo Liber & Delius fidi amantissimiq; Germani: Hercules etiā uter  
 q; Caltos: Gradiuusq; & quicquid deoꝝ de Ioue progenitum ē:  
 Cylleni adharebat officio. Elementoꝝ quoq; præsidēs: angelicq;  
 populi pulcherrima multitudo: animaq; præterea beatoꝝ ueteru;  
 Quæ iam cali templa meruerant: gressus Maiugena sequebantur.  
 Linum: Homerum: Mantuanumq; Vate redimitos canentesq; cō  
 spiceres: Orpheum atq; Aristoxenum fidibus personates. Platone;  
 Archimedemq; sparas aureas deuoluentes. Audebat Heraclytus.  
 Vdus Thales: cir cūfus athomis Democritus uidebat. Samius  
 Pythagoras caelestes quosdā nūeros replicabat. Aristoteles per cali  
 quaq; culmina Endelechiam scrupulosius requirebat. Epicurus  
 uero mixtas uiolis rosas: & totas apportabat illecebras uoluptatu;  
 Zeno ducebat fœminam prouidentem. Archesilas collum intuens  
 colūbinum. Multusq; præterea palliatorum populū studiis discre  
 pantibus dissonabat. Qui qdem oēs inter Musarū carmina concinen  
 tium audiri: licet perstreperent nullo potuere rabulatu. Veniēte  
 igitur: introgressoq; Cyllēio: omnis ille deoꝝ senatus uenerat' uer  
 ticem ingrediētis exurgit. Ipse Iupiter eū propter suum confessum  
 Pallade a dextra sociata mediū collocauit. Nec lōgo interiectu ipsa  
 quoq; Philologia ambita Musis ac matre præambula corrogatur.

## SECUNDVS

Qui ingrediēte: ac Vesta deum nutriti: eidēque pedissequa: acerrā  
 illa Olacem aromatis refundēte oīs ille ordo calicoluz portiones si-  
 bi cōpetētes attribuēs Arabicis latabatur halatibus. Vex Virgo ut  
 est per omnia uerecunda: l; a Ioue eius assidere confinio iuberetur.  
 Tamē ibi potius uoluit: ubi musas cōspexerat: admota Palladis cō-  
 sortione residere. Tunc exurgēs Virginis mater poscit de Ioue: su-  
 perisq; cunctis: uti sub conspectu oīum: quicqd sponsaliū noīe pra-  
 parauerat Maiugena: traderetur ac demū dos a Virgine nō deesset.  
 Tuncq; tabulas ac Papiam: Pōpeiamq; Legem sinerēt recitari. Cu-  
 ius petitioni iustissimā Deorum senatus attribuit: ut in confessu ca-  
 litum offerenda probarentur. Hinc Phœbus exurgit fratris offi-  
 cium non detrectās: ac singulas ex famulicio: delectuque Cyllenio  
 incipit admouēr: quæ tā pulchræ cunctisq; ornatissimæ refulsere.

Transcursa lector parte magna fabula:  
 Quæ tam morosis implicata ductibus  
 Tenui lucernam palpitare lumine  
 Coegit instans innitens crepusculum:  
 Ac in rosetis purpuraret culmina  
 Aurora primo conuenustans habitu  
 Surgens fenestras diffecaret lumine:  
 Adhuc iugata compararet pagina/  
 Quocunque ducta longiorem circum.  
 Nunc ergo mithos terminatur / in fiunt  
 Artes libelli: qui sequentes afferent.  
 Nam fruge uera omne fictum dimouent:  
 Et disciplinas annotabunt sobrias  
 Pro parte multa: nec uetabunt ludicra.  
 Habes quid instet: si potestas cœlitum  
 Faucantque musæ & Chelis Latoia.

Explicit Secundus  
 eiusdem .M.F. C.  
 Carthaginensis.